



De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

18 Vtrum si infamia iam penitus abierit in obliuionem, sit restituenda. v. g.
infamauit adolescens pueram, se illi pudicitiam eripuisse, deinde temporis
successu homines penitus obliuiscuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

cessat obligatio Iustitia communitatua; atqui hic nec tota fama, nec pars pretio estimatur ex a quo. quod confirmatur Primo; Quia alioqui infamator posset eam pecunia compensare, etiam nolente infamato; sufficit enim ut restituat id, quod estimatione aequalis est. Confirmatur Secundo; Si vir diues pro compensatione infamiae accepta pecuniam exigat, ridiculus erit, eo quod exigat id, in quo nullum damnum accepit, quodque non soler premium vel rotius vel partis famae censeri. Vnde sequitur, eandem esse rationem pauperis: nam statu eius, qui iniuriam accepit, non mutat Ius, seu rationem Iustitia communitatua. Fieri tamen potest, ut ex quadam aequitate, & etiam ex charitate teneris infamiam pecunia compensare: nimirum, si infamatus sit pauper, qui talem satisfactionem desideret, nec aliter moerore videatur depositurus; & is qui infamauit sit diues. Sicut enim ratione alicuius coniunctionis vel beneficij accepti, lex charitatis mea magis obligat erga hunc quam erga illum; ita etiā ratione alicuius incommodi, quod alteri ex me obuenit; ut si aliquem induxi in peccatum, magis ego ex charitate teneo illum emendare, quam alius, & quam alium, ceteris paribus: vt patet ex dictis cap. 8.dub.1.

96 Dico Secundo, Si infamator per Iudicem condemnatur ad pecuniam satisfactionem, vel si transfigatur cum eo quem infamauit certa pecunia summa, tenetur ex iustitia eam numerare. Probatut; quia supposita tali iniuria, potest Index in poenam criminis talem satisfactionem imponere, & ille ex iustitia tenetur eam excipi, quia iusta sententia tenetur ex iustitia parere. Idem posset Index, etiam si fama iam efficit recuperata, idque in poenam prioris delicti; quia potest iusta poena punire delicta, etiam post damnationem. Similiter pacta & conventiones iusta obligant: atqui hoc pactum potest esse iustum; quia infamatus habet ius acculandi infamarem, & etiam exigendi restitutionem, quando erit possibilis: vnde ut hoc iure cedat, & omne debitum condonet, potest certa pecunia pacisci.

97 Dico Tertio, Debitor pecunia, v.g. 100. aureorum, iustis laetus in fama vel honore a creditore, non tenetur ad solutionem illius pecuniae, sed potest uti compensatione secundum aëtimationem damni accepti iudicio prudentis faciendam, si a creditore aliam restitutionem obtinere nequit. Sequitur aperte ex sententia eorum, qui famam pecunia compensandam docent, quando aliter larciti nequit. Quae sententia est satis probabilis, & plurimorum DD. sicut & illa, quae vitam ipsam, & cicatricem pecunia compensari vult. Si enim infamator tenetur dare pecuniam, v.g. 100. aureos, pro infamia vel dedecore quod intulit, eo quod aliter satisfacere nequeat, vel nolit: ergo alter potest eam exigere, vel si debet, potest non solvere. haec enim omnia paria sunt. Quod si infamator possit quidem restituere famam, sed nolit, tunc etiam in altera sententia tenetur vel famam restituere, vel certe tantum pecunia, quantum iudicio prudentis alter potest exigere. etiā enim fama non possit, iuxta eam sententiam, pecunia aëtimari; obligatio tamen illius restituenda, qua ille tenetur, & incommodum quod laetus patitur, potest pecunia aëtimari. Confirm. quia cum possit restituere, tenetur vel restituere, vel alia ratione ei satisfacere, ita ut ille liberè acquiescat.

DVBITATIO XVII.

Vtrum si fama alia via sit reconciliata, tenetur infamator eam restituere. v.g. si virorum grauum testimonio, vel probitate vita penitus abstulerit infamiam.

98 R Espondeo, Tunc non teneri ad famae restitucionem, quia iam restituta est; sicut si do minus recuperauerit vel sua vel aliorum opera reconciliacionem, quem suslustristi, non teneris ad restituendum; quia non potest bis eamdem rem accipere. Si tamen interea ratione infamiae aliquid damni accepisset, v.g. si impeditus fuisset a consecutione beneficij, officij, vel legati, tenereris ad illius compensationem; quia hoc damnum ex iniulta tua infamiae illi obuenit. Vtrum autem aliquid 99 sit restituendum pro ipsa infamia, quam ille me tempore usque ad illam recuperatam subiit, mia medij quare potest. Sed respondendum est, deberi ali quā latissimam, si putetur illam velle (quod addo, quia alioquin censetur condonata, nec consuetum est alias offerre) nempe significatio doloris & venia petitione, vel honore aliquo aut laude, iuxta conditionem personarum: ut recte docet Petrus Nauarra lib. 2. cap. 4. n. 421. & Nauarrus cap. 18 num. 47.

DVBITATIO XVIII.

Vtrum si infamia iam penitus abierit in obliuionem, sit restituenda. v.g. Infamavit adolescentem puellam, se illi pudicitiam eripuisse, deinde temporis successu homines penitus obliuiscuntur.

100 R Espondeo, Teneri restituere etiam post vi- ginti annos, si periculum est, ne aliquando illa infamia reuiuiscat: quod facilè fieri potest, nam homines data occasione facile recordantur eorum quae anteā exciderant; quod maximè locum haber, quando falsum impositum fuit, ut docet Caiet. q. 62. art. 2. si enim verum fuit, non facile memoria renouanda, nisi periculum sit cuiusdehinc. quod si putetur nullum esse periculum, non tenebitur, ut docet Nauarrus c. 18. num. 47. contra Caietanum; quia fama iam censetur restituta, vel certè damnum illatum omnino euauisit; idque verum est, siue crimen fuerit verum, siue falsum, ut ibidem Nauarrus.

DVBITATIO XIX.

Vtrum totum damnum, quod sequitur ex infamia, sit compensandum.

101 R Espondeo, & Dico Primo, Damnum quod sequitur ex infamia falsa, est integrè repandum. Est communis sententia DD. Ratio est; ex infamia quia hæc infamia est penitus iniuriosa, impositio falsa. enim falsi criminis duplum continet iniuriam. Primo, calumniam, eo quod crimen impingatur ei, qui